

- Gaudium.** Jubemur esse gaudentes, quando voce Apostolica dicitur: *Gaudete in Domino semper, iterum gaudete, gaudete*, Philip. 4. Quod tamen ista laetitia peculiariter sit à Deo expectanda, Psalmographo precante discimus, ubi ait, *Audiuimus meo dabis gaudium & laetitiam*, Psal. 50. & iterum: *Redde mihi latissimam salutaris tui*.
- Fortitudo.** Jubemur fortiter agere, 1. Petri 5. *Resistite fortes in fide*. & 2. Reg. 2. *estote filij fortitudinis*. Veram tamen fortitudinem non aliunde quam ex Deo haberi posse, testificatur Psaltes Regius psal. 117. his verbis, *Fortitudo mea & laus mea dominus*. Et 2. Reg. 22. *Deus qui accinxit me fortitudine*.
- Firmitas & constantia.** Jubemur esse firmi, Jac. 2. *Confirmate corda vestra*: pro firmitate tamen Apostolus 2. Thess. 2. rogat, *Dominus, inquit, exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere & sermone bono*; & nos etiam dicimus, *persece gressus meos in semitis tuis ut non moveantur vestigia mea*. Jubemur habere constantiam, ubi non solum Apostolo dicitur; *constans esto* Act. 23. sed etiam alijs, Deut. 31. *Viriliter & agite & confortamini*: pro ea nihilominus Deum deprecatur Judith cap. 9. *Da mihi in animo constantiam*. Danieli dicitur cap. 10. *sta in gradu tuo*. Ut tamen stemus, à Deo fieri, ab eoque properterea esse petendum, probat illud psal. 39. *statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos*.
- Circumcisio cordis.** Jubetur circumcisio cordis, Deut. 10. cum dicitur: *Circumcidite praprium cordis vestri*: Deus tamen eam facturum esse promittit, cap. 30. Ubi Moyses dicit, *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui*.
- Mundatio cordis.** Præcipitur mundatio cordis cum dicitur, *Mundamini qui feris vasa Domini*, Isaia 52. Eam verò mundationem cum vate Regio petimus, dicentes: *A peccato meo munda me Domine: Cor mundum creauit me Deus: Ab oculis meis munda me Domine: Ipeque Deus illam se facturum promittit Ezech. 36. Dicens, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*.
- Innovatio cordis.** Apud eundem Prophetam cap. 18. nobis mandatur: *facite vobis cor novum, & spiritum novum*: Verum quod novitas cordis à Deo expectanda sit, & petenda, scriptura loquuntur, & frequenter affirmant. Ezech. 18. *Dabo eis cor unum, & spiritum novum irribuam in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum: & dabo eis cor carneum*. Et cap. 36. *Dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri*. Quod & per Jeremiam Dominus significare voluit cap. 24. dicens, *Dabo eis cor ut sciant me*. & Baruch. 2. *Dabo eis cor & intelligent*.
- Surgere à peccato.** Per Apostolum Paulum jubet Deus peccatori ut à somno peccati resurgat, dicens, *Surge qui dormis, & exurge a mortuis*: Quia tamen Deus est qui dixit de tenebris lumen splendescere; & spiritus est qui vivificat, Joannis 6. Ipse invocatur, Psal. 117. *Deus meus illuminata tenebras meas*; & 118. *Vivifica me secundum verbum tuum*.
- Intelligere.** Jubetur ut habeamus intellectum, ubi dicitur, *intelligite insipientes in populo*; & iterum *Nolite esse* Sylv. Oraciones Theologicae.
- A** *ficus equus & mulus quibus non est intellectus*: & tamen oramus ut habeamus intellectum, ubi dicitur, *da mihi intellectum ut discam mandata tua*:
- Jubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur, *Sapientiam stulti aliquando sapite*: & tamen à Deo petenda proponitur ubi dicitur: *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui datur omnibus affluenter, & non impropereat, & dabitur ei*.
- Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur; *contine teipsum*: & tamen Sap. 8. dicitur, *Cum scirem quia nemo potest esse continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cujus esset hoc donum, adij Dominum, & deprecatus sum eum*. Et similiter ecclesia feria 3. post Dominicam 3. quadrag. sup-
B *pliciter orat* *Continentia salutaris dona nobis concede*.
- Jubetur ut in bono perseveremus, cum dicitur Heb. 12. *In disciplina perseverate*: & tamen perseverantiam promittit Deus, dicens Jerem. 32. *Timorem meum dabo in cor eorum ut a me non recedant. Quod quid est aliud (ait August. cap. 2. de dono perseverantia) quam talis ac tantus erit timor meus quem dabo in cor eorum, ut mihi perseveranter adhaereant. Ipsa ergo perseverantia poscitur à Deo, qua datur à Deo*. Unde Ecclesia Sabbatho ante Dom. 3. Quadra. *Familiam tuam quasumus Domine continua pietate custodi*. Dom. 15. post Pentec. *Ecclesiam tuam quasumus Domine miseratio continuata munda & muniat: & quia sine te non potest salva consistere, tuo semper munere gubernetur*.
- C** *Feria 3. post Dom. passionis: Da nobis quasumus Domine, perseverantiam in tua voluntate famulatum*.
- Postremo, ne nimis longum sit cuncta percurrere: jubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur: *declina à malo*; & tamen oramus ut non faciamus malum, ubi dicitur: *Oramus autem ad Dominum quid faciatis mali*.
- Jubetur ut faciamus bonum, ubi dicitur, & sic bonum: & tamen oramus ut faciamus bonum, ubi dicit Apostolus, *Non cessamus pro vobis orantes & postulantes*, Atque inter cætera pro illis orans dicit, *ut ambuletis dignè Deo in omne placitum, in omni opere & sermone bono*. Ex epistola ad Coloss. c. 1. apud S. August. ep. 95.
- Quæ cum ita sint, verbis ejusdem Augustini concludam, *nihil in scripturis sanctis homini à Domino video juberi propter probandum liberum arbitrium; quod non invenitur vel dari ab ejus bonitate, vel posci, propter adiutorium, gratie demonstrandum*. Ac proinde quando præcipitur, agnoscite voluntatis arbitrium, quando oratur quod præcipitur, agnoscite gratia beneficium. Utrumque enim in scripturis habes; & præcipitur, & oratur. *Quod præcipitur hoc oratur*, ait Aug. tomo 10. fragm. 1. præcipitur, ut quod Deus heri velit audiatur: gratia autem fit, ut obediatur, & sic homo per gratiam juvatur. ne sine fructu voluntati ejus jubeatur. Ideo ergo hæc & præcipiuntur & Dei dona esse monstrantur, ut intelligatur quod & nos ea faciamus, & Deus facit ut illa faciamus. *Dum ergo præcipitur nobis: ostenditur quid habere debeamus: Fulg. l. Sed quia id ex nobis habere non possumus, admone- mur ut à quò nobis datur præcepium, ab ipso petamus auxilium. Quod tamen non possumus poscere, prædant nisi Deus in nobis operetur & velle. Dixi.*

Habita in scholis Theologicis 2.

Iulij. 1615.